Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Circenses ludi.

Vtinda spectacula.

Ludi quibus dis dedicant.

imbui non oportet: sed & senes quos spectare iam non decet: Circensium quoq; ludorum ratio quid aliud habet nisi vanitatem leuitatem insaniam: Tanto nam q; impetu animi concitantur in furorem: quanto illic impe currituR: ut ta plus spectaculi exhibeant: qui spectandi gratia veniunt: cum exclamare et efferri & exilere cepint. Vtinda ergo spectacula omnia non solum neq; iuuenum pectoribus: que sedata et pacifica esse debent: Sed ne cuius nos voluptatis consuetudo delinat et ideo atq; a bonis operibus auertat: Nam ludorum celebrationes deorum festa sunt: Siquidem ob natales eorum vel templorum nouorum dedicationes sunt constituti & primitus quidem venationes: que vocantur munera saturno sunt attributa Ludi autem secundi libro. Circenses vero Neptuno. Scilicet tamen & ceteris dis idem honos tribui cepit. singulisq; ludi nominibus eorum consecrati sunt: sic lisimachus capito in libris spectaculorum docet. Si quis igitur spectaculis inter est: ad que religionis gratia conuenitur. discessit a dei cultu. & ad deos se contulit: quorum natales et festa celebrantur: —

XXI.

De voluptate auriū.

AVrium voluptas et vocum & cantuum suauitate capitur. Que scilicet tam vitiosa est. q; oblectatio illa. de qua dicimus: oculorum Quis h. non luxuriosum ac neq; putet eum qui scenicas artes domi habeat At qui nihil refert utrum ne luxuriam solus domi ancilla ppls exercear in theatro. Sed iam de spectaculis dictum est. Restat vnum quod est nobis expugnandum: ne capiamur his que ad sensum intimum penetrant: Nam illa omnia: que verbis carent id est aeris. ac verborum suauitatem non possunt: facile contemni. Quia non adherent: nec sensibus possunt: Carmen autem compositum & oratio cum suauitate decipiens capit mentes & quo voluerit impellit: Inde homines litterati cum ad religionem dei accesserunt. ab aliquo pio doctore: fundati minus credunt Assueti h. dulcibus & politis siue orationibus siue carminibus diuinarum hārum simplicem coemq; sermonem pro sordido aspnantur. Sed h. querunt. quod sensum demulceat: persuadet autem quicquid suauue est & animo penetrat: dum delectat: insidet: Nam igitur deus & mentis vocis & linguae artifex disserere loqui non potest: summo vero summa prouidentia se carere fuco voluit: que ipse omnibus loqbatur. Ergo qui ventati studet: qui non vult seipse decipere abiicit inimicas aciones voluptates: que animā sibi uinciant: ut corpus cibi dulces: preferātur veris falsis. eterna breuibus. utilia iocūdis: nihil aspectu gratum sit: nisi quod iuste quod pie fieri uideas. Nihil auditu suauē: nihil quod alit animam re meliorenq; te reddit: Maximeq; hic sensus no